

5 secures. Et cum eum metu mortis attonitum vidisset,
incommodam ambulatibus radicem excidi iussit.

32 Quintus Fabius Rullus, primus ex ea familia
ob virtutem Maximus, magister equitum a Papirio ob
Samnitum victoriam securi paene percussus, primum 5
de Apulis et Nucerinis, iterum de Samnitibus, tertio
de Gallis Umbris Marsis atque Tuscis triumphavit.

2 Censor libertinos tribubus amovit. Iterum censor fieri
noluit dicens non esse ex usu reipublicae eosdem cen-
3 sores saepius fieri. Hic primus instituit, uti equites 10
Romani Idibus Quinctilibus ab aede Honoris equis
4 insidentes in Capitolium transirent. Mortuo huic tan-
tum aeris populi liberalitate congestum est, ut inde
filius viscerationem et epulum publice daret.

33 Marcus Curius Dentatus primo de Samnitibus 15
triumphavit, quos usque ad mare superum perpacavit.

2 Regressus in contione ait: Tantum agri cepi, ut soli-
tudo futura fuerit, nisi tantum hominum cepissem;
tantum porro hominum cepi, ut fame perituri fuerint,
3 nisi tantum agri cepissem. Iterum de Sabinis trium- 20
4 phavit. Tertio de Lucanis ovans urbem introiit. Pyr-
5 rhum Epirotam Italia expulit. Quaterna dena agri
6 iugera viritim populo divisit. Sibi deinde totidem
constituit dicens neminem esse debere, cui non tan-
7 tum sufficeret. Legatis Samnitum aurum offerentibus, 25

□ cum ipse in foco rapas torreret: Malo, inquit, haec in
fictilibus meis esse et aurum habentibus imperare.

8 Cum interversae pecuniae argueretur, guttum ligneum,
quo uti ad sacrificia consueverat, in medium protulit
iuravitque se nihil amplius de praeda hostili domum 30
9 suam convertisse. Aquam Anienem de manubiis ho-